



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

XVI. Bocaldvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](#)

integritate gessit , ut aulam Regis in DEI domum conver-  
sam dixerint æqui rerum æstimatores. Consilia is sua cum vi-  
ris virtute & munere sibi paribus communicans, Ecclesiæ & reg-  
nis mirè profuit, doctus miscere eum in modum sacra profanis,  
ut dum alieno etiam curas intendebat, suo tamen nunquam defuerit  
officio : unde Stephanus Abbas Divorum eo tempore Episcopo-  
rum mores dilaudans hæc scripsit : quale, quām sanctum erat illud pa-  
latium , ex quo tam Sanctos, tamque illustres suscepiebat Ecclesia Sacerdotes ? ex quo  
procedebant sectatores non Simonis, sed Petri ; non mercenarii, sed veri ministri Chri-  
sti ; & qui curias Regum non quererent, sed potius à Regibus quererentur ipsi , quique  
non honores per ambitionem appeterent, sed magis ab oblatis, per humilitatem refuge-  
rent. Ex quorum numero ; erant enim plurimi, fuit Arnulphus Metensis, Cunibertus  
Coloniensis, Tungensis Remalus, Trevirensis noster Modoaldus, istis & omnibus aliis  
omni virtutum genere conferendus. Vide plura in brevvero pag. 343.

Cæterū inter elogia D. Cuniberti numerarunt etiam, quod  
Reliquias Divæ Ursulæ & Sociarum Virginum loco honoratori  
posuerit: unde cecinit Poeta :

Detexit cineres Ursula Diva tuos.

Annis 40. illustravit Sedem Colonensem , mortuus an. 660.

#### XVI. BOCALDVS.

**B**ocaldus D. Cuniberti Successor annorum 20. Episcopus,  
vel laudari multis non est promeritus , vel verius laudes  
postoris transcribere neglexerunt Germani majores nostri,  
gladio , quām calamo nobiliores , quod queruntur hodie mul-  
torum nobilissimi cineres, & plurimorum in Germania Præsulum ,  
inter quos veniunt

XVII. STEPHANVS. & Sed. 10.

XVIII. ADELVINUS Sed. 4.

XIX. GUISO.

**G**uiso Archipræsul is fuit , cuius vigilantiæ id deberi te-  
stantur Veterum annales, quod Romanis aris amplior  
patuerit